

H
 RUSSIA
 MAMISSIT
SERENISSIMAE
AUGUSTISSIMAE
 ET
POTENTISSIMAE PRINCIPI
ANNAE,
DEI GRATIA
TOTIUS RUSSIAE
 &c. &c. &c.
IMPERATRICI
 ET
AVTOCRATRICI
GLORIOSISSIMAE
 ATQUE
INVICTISSIMAE
SACRUM.

A. P. I.
 P. P.

Huc vultus,
Huc lumina verte
RUSSIA!
Huc oculos secte
Curiosa gens mortalium!
ANNAM
intuere
IMPERATRICEM RUSSIAE AUGUSTISSIMAM
Iubar Orbis inocciduum
Principem Diis simillimam,
Hæc IPSA est
Quæ
Habenas Imperii habendo
suspiria in plausus
lacrymas in risus
læssum in iubilata
convertit,
Has vices
Mortalium Conditio proprias obtinet
ut
ex adversis secunda, ex secundis adversa
nascantur,
Hæc est,
Quam
nec largus hostiarum Cruor,
nec sinister volatus avium
Consulentibus nunciavit
sed
Quam
Exorata terris Numina
Unicum Auxilium fessis rebus dederunt,
Iam olim
Sceptra tenere merebatur,
sed expectatum tempus est,
quo
maximæ Principis virtutes
parvis Curlandiæ spatiis
diutius condi non poterant.
Tota vix iis MOSCOVIA sufficit.
Hoc unum Ei
in summa fortuna non licuit
ut diu latere potuerit,
Ejusmodi Regnantes
Russia quia semper habuit,
nec
ANNA Principe

carere voluit,
Obtulit Ei Imperium
ut
securitatem redderet,
dedit
Ut plus acciperet,
Et accepit sane,
ANNA namque **IMPERATRIX**
imposita humeris regni mole
solicitatione
RUSSIA vero securior facta est,
DEA
Terrarum maxima,
Orbis Delicium,
Patriæ Præsidium
In commune gaudium sceptrata amplecteris,
Non Tibi
ut Dominæ
sed
ut Parenti
Et Procerum & infimæ multitudinis Clamor occurrit,
Apud socios Reges,
amorem,
Apud exteras Gentes,
venerationem
Apud Cives Tuos
obsequium,
Apud barbaros hostes,
terrorem habes,
Et collata & innata Maiestas purpuram Tuam decorat,
Illam
Genti Russicæ,
Hanc
Gens Russica
Tibi debet,
Utramque accepisti
ut Patriæ Filia,
Utramque iam obtines
ut Patriæ Prens.
Extra Maiestatem summa quoque in TE est Humanitas,
Cum Traiano,
Optimo Imperatore,
Optima Imperatrix,
Unam TE ex Tuis putas
Et hoc ipso
magis excellis atque emines
Quod unam putas,

Hoc ita tamen sit
ut
nec severitatem mansuetudine
Gravitatem simplicitate
Maiestatem Humanitate
obfusces & imminuas
semper

AUGUSTISSIMA.

Verbo :

In **ANNAE PETRUM** videas !

Censetur in vultu,
Audiatur in voce,
In factis agit,
Commendatur in virtute.
Et quis de Te omnia prædicet ?
Is tantum

Qui omnem tenet facundiam,

Mihi
in magnis voluisse fat sit,

Hoc addam :

sub

ANNÆ

Invieta Russorum Imperatricis
auspiciis

Russi laudant.

Incolæ ovent,

Vireat Pax, floreat Concordia.

Themis sceptrum teneat

Regnet Eusebie

Apollo triumphet.

Omnis Europæ Aula fructum capiat,

Hæc iucundi

Commodi alia

ista honesti.

Ipsi mihi

Inter **ANNÆ** clientes locus sit

sic

Cœlum tangam digito,

Vivat !

Hoc optat

Otto Fridericus a Krumms, *Equ. Curl.*

SERENISSIMO Duci Curlandiz

A Cubiculo.